



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

**Parisiis, 1644**

VIII. De residentia plebanorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15974**

ANNO  
 CHRISTI  
 1574.

erigant ad salutem. Hos & nullo modo recipi volumus, vel admitti, nisi cum diœcesani episcopi nuntio literatorio destinato.

VII.

Cum in prouincia Saltzburgenſi diuerſi clerici ſæculares, non ponentes terminum auaritiæ, nec ſalutem propriam prætendentes, onerare ſe pluribus beneficiis eccleſiaſticis non formident, nos, qui aliorū indigentis & ſaluti occurrere cupimus, & eccleſiarum neceſſitatibus prouidere, auctori-  
 tate præſentis Concilii firmiter & diſtricte præcipimus, vt ſinguli plura beneficia poſſidentes, aut recepto vltimo ſint contenti, aut in ipſo proximo prouinciali Concilio ſeu episcopali Synodo, quem

Pluralitas  
 beneficiorū  
 inhiberetur.

Niſi adſint  
 diſpenſatio-  
 nes eorum,  
 qui de iure  
 diſpenſare  
 poſſunt.

terminum ipſis peremptorium aſſignamus, legiti-  
 timis documentis edoceant, ſecum eſſe per eum,  
 qui de iure hoc facere potuerit, diſpenſatum, alio-  
 quin nos tam formam Canonum circa hoc tradi-  
 tam, quam ſtatutum bonæ memoriæ domini Gui-  
 donis cardinalis, quondam in prouincia noſtra a-  
 poſtolicæ ſedis legati, prouidere curabimus bene-  
 ficiis & perſonis.

VIII.

Ceterum cum per mercenarios temporales, quos eccleſiarum rectores & plebani in eccleſiis parochialibus inſtituunt & deſtituunt nonnunquam interpoſito turpi pacto, animarum ſalus, & eccleſiarum vtilitas damnabiliter negligantur; nos omnes & ſingulos clericos in Saltzburgenſi prouincia curam animarum habentes huius auctori-  
 tate Concilii ad perſonalem in beneficiis residen-

Clerici ani-  
 marum cu-  
 ram habentes  
 in paro-  
 chiis resi-  
 deant.

tiam reuocamus, terminum eis peremptorium festum purificationis beatæ Mariæ virginis venturum proximo assignantes, omnibus & singulis licentiis pro dissimulanda eorum absentia ipsis datis penitus reuocatis; salua nobis auctoritate dandi licentiam iis quibus visum fuerit expedire. Quod si præmissa contempserint aut neglexerint adimplere, & tunc ipsos a perceptione fructuum & administratione temporalium suspendimus, & volumus remanere suspensos: quod si temere se ingesserint, priuati sint beneficiis ipso iure: fructus autem per locorum archidiaconos in utilitatem illius ecclesiæ conuertantur; salua vicarii sufficienti & debita portione.

IX.

Rectores  
ecclesiarum  
ordines re-  
quisitos re-  
cipiant.

Eisdem insuper ecclesiarum rectoribus præcipimus, vt ad ordinem quem beneficii sui cura requirit se faciant ordinari infra tempus a Canone institutum; alioquin quod de non residentibus est prædictum, circa fructus non percipiendos & priuationem beneficii intelligi volumus in eisdem.

X.

In beneficiis vero, quibus licet per vicarios deservire, volumus sic seruari, vt viri idonei loci episcopo præsententur, qui per se vel per alios ipsos in huiusmodi vicariis perpetuet, & sufficientem suis necessitatibus de ecclesiarum redditibus eis constituat portionem: alioquin singuli episcopi per suas dioceses elapso trimestri tempore providere curabunt.

XI.

Clerici co-  
mam non  
nutriant.

Edicto perpetuo prohibemus, ne clerici co-